§. 1. Divus quoque Pius rescripsit, quoties evidens res est, ut certum sit nullo modo fideicommissum locum esse: perquam iniquum esse, supervacua cautione onerari heredem.

Si certum sit non esse locum fideicommissum.

15. *Paulus lib. 75 ad Edictum.*

Etiam de præsentis legato locum habet hæc satisfactio: quoniam nonnullas moras exercitio judicii habet.

De legato præsentis,

§. 1. Si et ab herede instituto legatorum satis acceperit legatarius, et à Trebelliano fideicommissario, utraque quidem stipulatio committetur: sed exceptione se tuebitur heres, quia cavere non debuerit. Sed si pars hereditatis restituta sit, ab utroque cavendum est.

Et de senatus-consulto Trebelliano.

§. 2. Etiam si ab intestato debeatur fideicommissum, locum habet hæc stipulatio.

De fideicommissum ab intestato.

16. *Gaius lib. 27 ad Edictum provinciale.*

Si duo ejusdem nominis de legato contendunt, utrisque satisfactio: nec onerari heredem, cum possit eosdem fidejussores ad utramque stipulationem adhibere: qui et ipsi non onerantur, cum futurum sit, ut uni tenerentur.

Si duo ejusdem nominis de legato contendunt.

17. *Paulus lib. 48 ad Edictum.*

Si ab uno ex heredibus legatorum satis accipimus, cum ab omnibus heredibus nobis legatum esset, si pars coheredis ad crescat promissori, in totum fidejussores tenentur, si solidum legatum is acceperit debere.

De jure accrescendi.

De cautione
remissa à testa-
tore.

18. *Scævola lib. 29 Digestorum.*
Quæ filium legitimum relinquebat, patrem eundemque collibertum ex asse scripsit heredem, fideique ejus commisit, ut *Quidquid ad eum ex hereditate ejus pervenisset, cum moreretur, restitueret filio testatricis nepoti suo* : et hæc verba adjecit, *Satis à Seio patre meo exigere veto*. Quæsitum est, cum iste Seius substantiam suam dissiparet, et vereretur pater fideicommissarii, ne inane fideicommissum constitueretur : an ad satisfactionem fideicommissi nomine patrem defunctæ compellere possit ? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non compellendum cavere.

De deposito.

§. 1. Idem quæsiit, testatricem apud maritum suum, ex quo filium reliquerat, res deposuisse non exacta cautione depositionis : an ea res patri heredi restitui debeat ; an verò, quoniam emolumentum totius hereditatis ad filium defunctæ reverti deberet, apud maritum remaneret, apud quem dos remansisset ? Respondit, quod mulieris mansisset, nec in dote fuisset, restituendum esse heredi.

Si tutor coheres pupilli insolitum caverit.

§. 2. Tutor, qui et coheres pupilli erat, absente pupillo, cum admonuerunt eum legatarii, fideicommissi nomine insolitum ipse cavet. Quæsitum est, an in pupillum adultum factum danda sit utilis actio ? Respondit, dandam.

les répondans qu'il aura donnés seront obligés pour tout le legs, si cet héritier se trouve lui-même en devoir la totalité.

18. *Scævola au liv. 29 du Digeste.*

Une femme, ayant un enfant légitime, a institué pour son unique héritier son père, qui avoit été affranchi en même temps qu'elle, et elle l'a chargé, par fideicommiss, de remettre lors de sa mort tout ce qu'il auroit touché de la succession au fils d'elle testatrice, petit-fils de lui héritier ; elle a ajouté, je défends qu'on exige caution de mon père Séius. Séius, père de la testatrice, étant un dissipateur qui perdoit tout son bien, en sorte que le père de celui à qui le fideicommiss étoit fait avoit lieu de craindre que ce fideicommiss devint sans effet, on a demandé s'il pouvoit forcer le père de la défunte à donner caution pour la sûreté de ce fideicommiss ? J'ai répondu que suivant l'exposé le père de la testatrice ne pouvoit pas être forcé à donner caution.

1. On a demandé dans la même espèce, si la testatrice avoit mis en dépôt chez son mari, père du fideicommissaire, certains effets sans lui demander aucune sûreté pour la restitution de ce dépôt, ces effets devoient être rendus au père de la testatrice qu'elle a institué son héritier ; ou si, par la raison que l'émolument de la succession devoit un jour revenir en entier au fils, le père pourroit garder ces effets, de même qu'il pourroit garder la dot ? J'ai répondu qu'il falloit rendre au père héritier tout ce qui étoit resté appartenant à la femme sans faire partie de sa dot.

2. Un tuteur qui étoit en même temps cohéritier de son pupille, sommé par les légataires de donner caution relativement à un fideicommiss, a donné cette caution pour le fideicommiss entier, parce que son pupille se trouvoit absent. On a demandé si, lorsque le pupille seroit parvenu à l'âge de puberté, les légataires pouvoient intenter contre lui l'action utile expositive du fait ? J'ai répondu qu'ils le pouvoient.

TITRE IV.
DE LA PERMISSION
QUI EST ACCORDÉE

Aux légataires et aux fidéicommissaires de se mettre en possession des effets de la succession, faite par les héritiers de donner caution.

1. *Ulpianus lib. 52 sur l'Edit.*

S₁, malgré la défense portée au testament d'exiger caution de l'héritier, les légataires ont reçu cette caution, la caution ainsi donnée peut-elle être répétée par l'héritier comme donnée indûment? Il faut faire cette distinction: Si l'héritier a donné cette caution sachant qu'elle n'étoit pas due, il n'a aucune répétition à cet égard. Qu'arrivera-t-il ensuite si on suppose qu'il a ignoré que le testateur lui avoit fait remise de la nécessité de donner caution? Il pourra répéter celle qu'il aura donnée. Mais s'il a ignoré que le testateur eût la faculté de faire remise de cette nécessité, son ignorance dans le droit lui donnera-t-elle action pour répéter la caution qu'il aura donnée? On pourroit encore répondre par faveur, que dans ce cas même il pourra se faire rendre la caution qu'il aura donnée comme donnée indûment. On peut encore demander si, dans le cas où les légataires pourront agir en vertu de la stipulation des répondans qui se sont obligés à cet égard, ces répondans pourront ou non leur opposer utilement une exception? Il est plus probable qu'ils pourront l'opposer utilement, par la raison que cette stipulation a une cause qui est nulle.

1. Pour envoyer les légataires en possession des choses léguées, le préteur n'exige pas que l'héritier s'oppose expressément à la caution, il se contente que le défaut de caution ne vienne pas des obstacles que pourroit y apporter le légataire ou le fidéicommissaire. Ainsi, si on ne trouve personne qu'on puisse sommer de donner caution, c'est-à-dire si on ne trouve pas celui qui est chargé du legs ou du fidéicommis, le légataire et le fidéicommissaire pourront également être envoyés en possession, en vertu de l'édit du préteur que nous interprétons;

TITULUS IV.
UT IN POSSESSIONEM
LEGATORUM,

Vel fideicommissorum servandorum
causa esse liceat.

1. *Ulpianus lib. 52 ad Edictum.*

S₁ quis, cum vetitus esset satis accipere, acceperit: an repeti satisfactio ita possit, ut heres condicat liberationem? Et quidem si sciens heres indebitum cavuit, repetere non potest. Quid deinde si ignoravit remissam sibi satisfactionem? Potest condicere. Si verò hoc non potuisse remitti crediderit, nunquid condicere possit, qui jus ignoravit? Adhuc tamen benignè quis dixerit satisfactionem condici posse. Quid deinde, si commissa sit stipulatio, fidejussores putamus exceptione uti posse, an non? Et magis est, ut utantur exceptione: quia ex ea causa intercessit satisfactio, ex qua non debuit.

De cautione remissa à testatore.

§. 1. Non exigit prætor, ut per heredem stet, quominus caveat: sed contentus fuit per legatarium vel fideicommissarium non stare, quominus ei caveatur. Quare si non fuerit, qui interpelletur cautionis nomine (hoc est is, à quo legatum fidei commissum relictum est), omnimodò poterit legatarius, et fideicommissarius in possessionem ex hoc edicto mitti: quia verum est per eum cui cavere oportebit, non fieri, quominus caveatur. Non tamen et satisfactio debet offerri legatario: sed sufficit, sive deside-

Quibus ex causis legatarius vel fideicommissarius mittitur in possessionem.

ravit, ei non caveri, sive non habeat, à quo satis desideret.

De liberatione
relieta.

§. 2. Si debitori liberatio sit relicta, non est exigenda cautio : quia habet penes se legatum : quippe, si conveniatur, exceptione doli mali uti possit.

De legato soluto.

§. 3. Ei, cui legatum solutum est, cum constet legatum non deberi, divus Pius ad Æmiliam equestrem rescripsit, non debere prætorem satisfactionem admittere.

De hereditate
non adita.

§. 4. Tunc ante aditam hereditatem satisfidendum de legalis est, cum adhuc dubium est, an hereditas adeatur. Cæterum si certum sit, repudiatam, vel omisam hereditatem, vel abstentis necessariis heredes, frustra hoc edictum imploratur : cum certum sit legatum vel fideicommissum non deberi.

2. *Idem lib. 79 ad Edictum.*

Si autem certum sit, hereditatem necdum aditam fuisse : nec satisfidatio, nec possessio locum habet.

5. *Idem lib. 52 ad Edictum.*

Si is à quo satis
petitur, velit
satisdari con
tra fideicommissum

Si is, à quo satis petitur, offerat cognitionem, et dicat, hodiè constat de fideicommissum, hodiè agamus : dicendum est, cessare satisfidationem : cum possit ante de fideicommissum, quam de satisfidatione constare.

De calumniis.

§. 1. Necnon illa cognitio imploranda erit ab herede, si fortè dicatur per calumniam satis peti. Hoc enim commune est omnium satisfidationum. Divus enim Pius rescripsit, eum, apud quem satis petitur, debere explorare, num per calumniam

parce qu'il est vrai dans ce cas que ce n'est pas celui à qui la caution est due qui fait obstacle à ce qu'elle soit donnée. Ce n'est pas cependant à l'héritier à offrir la caution au légataire ; mais, pour qu'il y ait lieu à la disposition de notre édit, il suffit ou que le légataire ait demandé cette caution, ou qu'il ne trouve personne à qui il puisse la demander.

2. S'il s'agit du legs de la libération d'une créance, le légataire ne pourra point demander de caution à l'héritier, parce qu'il a lui-même le legs entre ses mains. En effet, si l'héritier l'actionnoit en vertu de cette créance, il lui opposeroit utilement une exception tirée de sa mauvaise foi.

3. L'empereur Antonin a aussi décidé dans un rescrit adressé à Æmilius, de l'ordre des chevaliers, que le præteur ne devoit point admettre le légataire à qui le legs a été payé à demander caution à l'héritier, étant certain que le legs ne lui est plus dû.

4. L'héritier est obligé de donner caution de payer les legs avant l'adition de l'hérédité, lorsqu'il est encore en doute s'il acceptera ou non la succession. En effet, s'il est certain que l'héritier répudie ou abandonne la succession, ou s'il s'agit d'un héritier nécessaire qui s'en abstient, les légataires ont en vain recours à la disposition de cet édit, puisqu'il est certain que le legs ou le fideicommissum n'est plus dû.

2. *Le même au liv. 79 sur l'Edit.*

Si est certain que l'hérédité n'est point encore acceptée, les légataires ne peuvent ni exiger la caution, ni demander à être envoyés en possession.

3. *Le même au liv. 52 sur l'Edit.*

Si l'héritier à qui le légataire demande caution offre de faire juger à l'instant la validité du legs, et qu'il dise, formez dès aujourd'hui votre action contre moi, et voyons si le legs ou le fideicommissum vous est dû, la caution n'a plus lieu, puisqu'on peut prononcer sur la validité du legs avant de prononcer sur la caution.

1. L'héritier sera encore bien fondé à demander qu'on juge au fonds sur la validité du legs, en disant que c'est pour le vexer injustement qu'on demande la caution. Cette règle est générale en matière de caution demandée : car l'empereur Antonin a décidé dans

dans un rescrit que le juge devant qui on forme la demande d'une caution, doit examiner si cette caution n'est pas demandée dans le dessein de vexer. Il doit faire cet examen sommairement.

2. Si un fondé de procuration du légataire se présente pour demander caution à l'héritier, ou il a une procuration spéciale, et alors il n'est point obligé de donner lui-même caution que le légataire ratifiera, mais l'héritier doit lui donner caution; ou on doute s'il a une procuration, et alors il doit lui-même donner caution que le légataire ratifiera.

3. La caution ayant une fois été donnée, on demande si on peut en certains cas en demander une seconde, par exemple si le légataire expose que les répondans qu'on lui a donnés sont pauvres? Il est plus probable qu'on ne doit pas donner une seconde fois caution. L'empereur Antonin l'a ainsi décidé dans un rescrit adressé à Pacuvia-Liciniana, où il lui marque qu'elle doit s'imputer à elle-même de ne s'être pas fait donner des répondans solvables. En effet il n'est pas juste de vexer à tout moment celui à qui on a droit de demander caution.

4. *Papinien au liv. 28 des Questions.*

On pourroit cependant obtenir une nouvelle caution si on avoit de nouvelles raisons pour la demander, par exemple si le répondant étoit mort, ou s'il venoit de perdre tous ses biens par un accident imprévu.

5. *Ulpian au liv. 52 sur l'Edit.*

Le légataire ou le fidéicommissaire envoyé en possession des choses léguées, faite par l'héritier de lui donner caution, n'acquiert jamais une possession capable de lui faire obtenir le domaine, ce n'est pas tant un droit de possession sur la chose qu'on lui accorde, que la permission de la garder. En effet on ne lui accorde pas le droit de faire déguerpir l'héritier, mais seulement de posséder concurremment avec lui, afin que l'héritier ennuyé de voir perpétuellement un gardien incommode se détermine enfin à donner la caution.

1. Si deux personnes sont envoyées par le préteur en possession d'un même édifice, l'une faite par le détenteur de lui avoir donné caution pour l'assurer de l'indemniser du tort qu'elle craignoit de l'édi-

Tome V.

satis petatur. De qua re summam debet cognoscere.

§. 2. Si procurator satis legatorum consideret: si quidem mandatum ei sit, non habebit necesse de rato cavere: sed erit ei satisfidendum. Si verò dubitetur, an mandatum sit, vel non sit, de rato cautio erit exigenda.

De procuratore satis dos. deraute.

§. 3. Si semel fuerit satisfidatum, quaesitum est, an etiam rursus cavendum sit, si fortè dicatur, egenos fidejussores esse datos? Et magis est, ut caveri non debeat. Hoc enim divus Pius rescripsit Pacuviae Licinianae. Ipsam enim facilitati suae expensum ferre debere, quae minus fidejussores idoneos accepit. Neque enim oportet per singula momenta onerari eum à quo satis petitur.

Si semel fuerit satisfidatum.

4. *Papinianus lib. 28 Quaestionum.*

Planè si nova causa allegetur, veluti quòd fidejussor decesserit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amisserit, æquum erit præstari cautionem.

5. *Ulpianus lib. 52 ad Edictum.*

Is cui legatorum fideicommissorum nomine non cavetur, missus in possessionem, nunquam pro domino esse incipit: nec tam possessio rerum ei, quam custodia datur. Neque enim expellendi heredem jus habet, sed simul cum eo possidere jubetur, ut saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat heredi cautionem.

De effectu missionis in possessionem.

§. 1. Si alius damni infecti nomine missus sit in possessionem, alius legatorum servandorum causa: posse eum, qui legatorum servandorum causa in possessionem missus est, etiam damni infecti satisfidare:

De damno infecto.

qui, si satisdederit, non aliter decedere possessione debeat, quam ei cautum fuerit, etiam eo nomine, quo se damni infecti obligavit.

De pluribus legatariis, pluribusve creditoribus.

§. 2. Si plures legatarii mitti in possessionem desideraverint, omnes venire debent in possessionem. Is enim, qui ex causa legatorum possidet, sibi, non alii possidet. Alia est causa, cum creditores rei servandæ causa mittuntur in possessionem : nam is qui possidet, non sibi, sed omnibus possidet.

§. 3. Qui prior missus est legatarius in possessionem, non præfertur ei, qui postea mittitur. Inter legatarios enim nullum ordinem observamus, sed simul omnes æqualiter tuemur.

De legatariis et creditoribus.

§. 4. Postquam rei servandæ creditores possidere cœperunt, legatorum servandorum gratia missus in possessionem, creditoribus potior non habebitur.

De rebus hereditariis vel aon.

§. 5. Qui in possessionem legatorum servandorum causa mittitur, in possessionem quidem rerum hereditariarum omnimodò veniet, hoc est, earum quæ in causa hereditaria manent : earum autem, quæ in causa hereditaria non erunt, non aliàs mittitur, quam si dolo malo in ea causa esse desierit ; nec semper, sed causa cognita.

De his quorum proprietas ad heredem pertinet.

§. 6. Bonorum autem appellatione hæres comprehensæ videbuntur, quarum proprietas ad heredem pertinet.

De agris vectigalibus. De pignore.

§. 7. Sed et si vectigales agri sunt, et si qua pignora testatori data, in eorum quoque mittetur possessionem.

De partu, fructu, fructibus.

§. 8. Sed et in partu ancillarum, et fœtus pecorum, item fructus, æquè omni-

ficè vicieux, l'autre pour sûreté du legs qui lui avoit été fait de cette même maison, l'héritier ayant refusé de lui donner caution, le légataire peut offrir la caution à celui qui est envoyé en possession pour cause du dommage qu'il appréhende ; et s'il la lui donne, on ne pourra plus lui ôter sa possession qu'en lui offrant caution de l'indemniser de l'obligation qu'il a contractée vis-à-vis de l'autre qui avoit aussi été envoyé en possession.

2. Si plusieurs légataires demandent à être envoyés en possession, ils doivent y être envoyés tous spécialement. En effet la possession d'un légataire ne sert qu'à lui seul, et non aux autres légataires qui n'ont point été envoyés en possession. En quoi l'espèce présente diffère du cas où les créanciers sont envoyés en possession pour s'assurer le paiement de ce qui leur est dû ; car alors le créancier ne possède pas pour lui seul, sa possession sert aux autres créanciers.

3. Le légataire qui a été le premier envoyé en possession n'est pas préféré à un autre légataire qui y a été envoyé depuis lui. On a cru ne devoir garder aucun rang de préférence entre les légataires, le préteur les protège tous également.

4. Le légataire envoyé en possession pour la sûreté de son legs, n'est pas préféré aux créanciers qui y sont envoyés avant lui pour la sûreté de leurs créances.

5. Celui qui est envoyé en possession pour sûreté de son legs entrera en possession de tous les biens héréditaires, c'est-à-dire de tous ceux qui restent dans la succession. Mais, par rapport aux effets qui ont cessé de faire partie de la succession, la possession ne lui en appartiendra pas ; à moins que ces effets n'aient été frauduleusement distraits de la succession ; et en ce cas même la possession ne lui sera pas toujours acquise, le juge en décidera en connoissance de cause.

6. On comprend ici sous le nom de biens ceux mêmes dont la propriété appartient à l'héritier.

7. Le légataire entrera aussi en possession des fonds qui n'appartiennent au testateur qu'à la charge de quelques redevances, aussi bien que des effets qui auront été donnés en gage au défunt.

8. Il entrera encore en possession des enfans nés des esclaves, du croît provenu

des troupeaux, et de tous les fruits.

9. Il est certain que le légataire a aussi la possession d'une chose appartenante à autrui, et que le testateur a achetée de bonne foi : car cette chose fait partie de la succession.

10. Le légataire envoyé en possession n'aura aucun droit sur les effets donnés au défunt à titre de dépôt ou de prêt à usage, parce que ces effets ne font point partie de la succession.

11. Si de deux héritiers l'un offre la caution, l'autre la refuse, les légataires seront envoyés en possession de la part de ce dernier. Ce qui fait qu'ils priveront même l'héritier qui aura donné caution du droit d'administrer la chose à sa volonté. Pour éviter ce désagrément, l'héritier fera bien de donner caution pour le tout.

12. Si celui qui est substitué pupillairement à un enfant est chargé de legs, l'impubère venant à mourir, l'envoi en possession qu'obtiendra le légataire aura lieu non-seulement sur les biens qui auront appartenu au testateur, mais encore sur ceux qui auront été acquis par le pupille : car ces biens font aussi partie de la succession qui échet au substitué. Mais, pendant la vie du substitué, il n'y a lieu ni à la demande en caution ni à l'envoi en possession.

13. Si ce n'est point l'héritier, mais un successeur à quelqu'autre titre qui se trouve chargé du fidéicommiss, il y aura également lieu à la disposition de l'édit que nous interprétons, et il sera condamné à raison de sa mauvaise foi.

14. Il en sera de même à l'égard de l'héritier de l'héritier qui se sera rendu coupable de mauvaise foi.

15. On comprend ici sous le nom de mauvaise foi les fautes grossières, on n'a pas cependant en vue toute sorte de mauvaise foi, mais celle qui a été imaginée pour faire tort au légataire ou au fidéicommissaire.

16. L'empereur Antonin a décidé par un rescrit, que dans certains cas les légataires et les fidéicommissaires pourroient être envoyés en possession des biens même appartenans à l'héritier, par exemple, si dans les six mois du jour que les légataires se seront

modò legatarius et fideicommissarius mittentur.

§. 9. Sed et si rem alienam defunctus bona fide emerit, in possessionem ejus mittendum legatarium constat : nam et hæc res in causa hereditaria est.

De rebus bona fide emptis.

§. 10. Si deposita res apud defunctum fuerit, vel commodata, locum missio non habet : quia non sunt istæ res hereditariæ

De deposito vel commodato.

§. 11. Si ex duobus heredibus alter satisfacere sit paratus, alter non : in partem ejus missio locum utique habere debet. Missi itaque legatarii impediunt etiam eum, qui satisfacere, rei administratione. Quare suadendum erit heredi, ut in assem satisfacere, ne administratio ejus impediatur.

De duobus heredibus.

§. 12. Si ab impuberis substituto legata sint relicta, et impubes decesserit : missio non solum in ea bona quæ testatoris fuerunt, verum ad ea quoque, quæ impubes adquisiit, locum habebit : nam hæc quoque hereditaria sunt. Vivo autem impubere, neque missio neque satisfactio locum habet.

De tabulis pupillaribus.

§. 13. Si heres non sit, à quo fideicommissum relictum est, sed alterius nominis successor : dicendum est, ut edicto locus sit, et dolus ejus sit æstimandus.

De alio successore quam herede.

§. 14. Sed et si heredis heres sit, qui dolo fecit, æquè nocere debet.

De herede heredis.

§. 15. Dolum accipere debemus et culpam latam, sed non omnem dolum, sed qui in necem legatariorum et fideicommissariorum factus est.

De dolo.

§. 16. Imperator Antoninus Augustus rescripsit, certis ex causis etiam in propria bona heredis legatarios, et fideicommissarios esse mittendos : si post sex menses, quam aditi pro tribunali fuerunt hi, quorum de ea re notio est, in satisfactione

De rebus heredis et mora.

cessatum est: inde fructus percepturos, quoad voluntati defunctorum satisfiat. Quod remedium servaretur et adversus eos, qui ex qua causa fideicommisso morum faciunt.

§. 17. Satisfactionis verbum licet latius patet, tamen ad exsolvendum legatum refertur.

§. 18. Proinde et si remissa sit satisfactio, rescriptum locum habebit, quia mora fit solutioni.

§. 19. Sex autem mensium pro continuo tempus, non sessionum, computandum.

§. 20. Cessatum non accipimus, si pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furiosus vel adolescens. Nam frustratio non debet hujusmodi personis nocere, quæ sunt indefensæ. Certè si hereditas jacuerit aliquo tempore, hoc tempus de medio trahendum est.

§. 21. Quæri poterit, an in vicem usurarum hi fructus cedant, quæ in fideicommissis debentur. Et cum exemplum pignorum sequimur, id quod ex fructibus percipitur, primum in usuras, mox, si quid superfluum est, in sortem debet imputari. Quinimò et si amplius quàm sibi debetur, perceperit legatarius: exemplo pignoratitiæ actionis etiam utilis actio ad id refundendum dari debebit. Sed pignora quidem quis et distrahere potest: hic autem frui tantum ei constitutio permittit, ut festinetur ad sententiam.

adressés aux juges qui connoissent de ces matières pour demander leurs legs, les héritiers n'ont pas satisfait; les légataires en ce cas percevront les fruits des biens des héritiers jusqu'à ce que ceux-ci aient rempli la volonté du testateur. La même chose aura lieu par rapport à ceux qui différeront d'acquitter le fideicommis dont ils seront chargés.

17. Le terme de satisfaction a une signification fort étendue, mais il se prend ici pour l'acquittement du legs.

18. Ainsi la disposition de notre édit aura lieu dans le cas même où le testateur aura fait remise de la caution, parce que l'héritier peut être en demeure d'acquitter le legs.

19. Je pense que le terme de six mois doit se compter par jours continus, et non par jours d'audience.

20. Il n'y a pas de délai de satisfaire quand la demande est formée contre un pupille qui n'a point de tuteur, contre un furieux ou un mineur qui n'a pas de curateur. Le délai ne peut pas nuire à ces sortes de personnes qui sont sans défense. Si la succession a été sans héritier pendant un certain temps, ce temps doit être soustrait du terme de six mois dont parle le rescrit.

21. On pourroit demander si les fruits que le fideicommissaire perçoit en ce cas des biens de l'héritier doivent lui tenir lieu des intérêts qui lui sont dus sur le fideicommis. Comme l'envoi en possession a dans le cas présent quelque ressemblance avec le gage, on peut dire que le fideicommissaire doit imputer les fruits qu'il perçoit sur les intérêts du fideicommis, et s'il y a de l'excédant il l'imputera sur le capital. Il y a plus, si le légataire a perçu en fruits plus qu'il ne lui est dû pour son fideicommis, l'héritier aura contre lui, pour se faire rendre le surplus, une action utile qui tiendra quelque chose de la nature de l'action pignoratice. Il y aura toujours dans ce cas une différence, c'est qu'il est permis au créancier de vendre le gage de son débiteur. Mais ici la constitution ne permet au légataire de percevoir les fruits des biens de l'héritier que pour presser celui-ci à l'exécution de la sentence.

22. Le légataire envoyé en possession à

l'effet d'avoir la sûreté de son legs, doit conserver les fruits qui peuvent se garder et les autres effets; il doit permettre que l'héritier cultive les fonds, et en retire les fruits; mais le légataire gardera ces fruits, de peur que l'héritier ne les dissipe. Si l'héritier ne veut pas recueillir les fruits, le légataire sera autorisé à les recueillir et à les garder. Il y a plus, s'il s'agit de fruits qu'il soit utile de vendre au premier moment, il sera permis au légataire de les vendre et d'en garder le prix. Par rapport à celui qui sera envoyé en possession des autres effets de la succession, il doit avoir soin de recueillir ces effets et de les garder dans le lieu du domicile du défunt; et s'il n'y a pas de maison, il en pourra louer une ou un garde-meuble dans lequel il puisse retirer ces effets et les conserver. En un mot, je pense que le légataire doit garder les effets de la succession, de manière que l'héritier n'en soit pas frustré, et que d'ailleurs ces effets ne soient pas en risque d'être perdus ou détériorés.

23. On aura soin que le légataire envoyé en possession en vertu de l'ordonnance de l'empereur Antonin, ne fasse aucune violence et n'empêche pas l'usage ou la jouissance des autres légataires déjà envoyés en possession.

24. Par ces termes, jusqu'à ce qu'on ait satisfait à la volonté du défunt, on entend jusqu'à ce que cette volonté soit acquittée, soit par les fruits qu'aura recueillis le légataire, soit autrement.

25. La constitution de l'empereur Antonin regarde aussi ceux qui sont utilement chargés d'un fidéicommiss, quoiqu'ils ne soient point héritiers: car l'utilité est la même.

26. Si le légataire envoyé en possession d'un certain fonds pour la sûreté de son legs, a soutenu un procès à raison de ce fonds, l'héritier ne pourra l'obliger à déguerpir, qu'en lui donnant caution de l'indemniser de tout ce qui lui coûtera relativement à ce procès.

27. Le légataire envoyé en possession a, s'il trouve des obstacles à son entrée, l'interdit proposé contre ceux qui font violence à ceux qui sont envoyés par justice, ou bien il doit être mis en possession par le ministère d'un huissier, ou par l'officier du préfet, ou par le magistrat.

28. L'envoi en possession aura également

causa in possessionem mittitur, et fructus custodire et cætera debet, et pati quidem heredem colere agros, et fructus redigere: sed custodire legatarium fructus oportebit, ne ab herede consumantur. Quod si heres fructus nolit cogere, permittendum erit legatario cogere fructus, et coactos servare. Quinimò si tales sint fructus, quos primo quoque tempore vendere expediat, vendere quoque legatario permittendum est, et pretium servare. In cæteris quoque rebus hereditariis missi in possessionem hoc erit officium, ut universas res hereditarias colligat, et ibi custodiat, ubi domicilium defunctus habuit: et si nulla domus sit, habitationem conducatur, vel horreum quoddam, in quo res collectæ custodiantur. Et puto, ita legatarium custodire res hereditarias debere, ut neque heredi auferantur, neque deteriant, deterioresve fiant.

§. 25. Quod si ex constitutione quis in possessionem mittatur: curandum est, ne vis fiat utenti et fruenti legatario.

De legatario utente fruente ex constitutione Antonini.

§. 24. Satisfieri voluntati defuncti sic accipitur, quoad voluntati defuncti vel ex fructibus, vel aliunde satisfiat.

Satisfieri defuncti voluntati quomodo accipitur.

§. 25. Constitutio autem divi Antonini pertinet ad eos, à quibus utiliter fideicommissum relictum est: si quamvis heredes non sint. Par enim utilitas est.

De aliis successoribus, quam heredibus.

§. 26. In possessionem missus legatarum servandorum causa, si litem eo nomine contestatus sit, non antè decedere possessione debet, quam ei pro lite fuerit cautum.

De lite contestata ab eo, qui in possessionem missus est.

§. 27. Missus in possessionem, si non admittatur, habet interdictum propositum, aut per viatorem, aut per officialem præfecti, aut per magistratus introducendus est in possessionem.

Si missus in possessionem non admittatur.

§. 28. Missio autem locum habebit,

De fidei legatarii commissis.

non tantum si quis idipsum, quod legatum est, rogatus sit, verumetiam si quid vel ex eo, vel pro eo restituere fuerit rogatus.

§. 29. Si Titio purè legatum fuerit, et ejus fideicommissum sub conditione, ut Sempronio restitueret: non iniquè prætorum statuturum Julianus scripsit, si antequàm legatum consequatur legatarius, fideicommissi conditionalis satis non det, ut magis Sempronio del legati persecutionem, ut is legatario satisfaciat, deficiente conditione reddi decem. Sed et si acceperit Titius ab herede decem, æquum esse Julianus ait, cogi eum invicem satisfacere, aut ipsa decem tradere, et Sempronium Titio cavere. Et hoc jure utimur: id enim et Marcellus ait.

§. 30. Quid ergo, si et legatum sub conditione sit relictum, et fideicommissum, neque fideicommissi satisfacitur? Æquissimum erit, fideicommissarium nomine legati satis accipere ab herede, si ei legatarius non caveat, scilicet ut et ipse legatario caveat. Quòd si jam accepit legatarius ab herede satis, decernendum erit, ex ea satisfactione magis fideicommissario, quàm legatario dandam actionem: in eam scilicet casum, quòd fideicommissi ejus conditio extitit. Ipsius etiam legati persecutio danda erit fideicommissario, si nondum solutum est, et conditio ejus extitit: scilicet si fuerit fideicommissarius paratus cavere legatario.

6. Julianus lib. 58 Digestorum.

De usufructu pecunie legato, et cautione remissa.

Si pecuniæ numeratæ usufructus legatus esset, et in testamento cautum, ne eo nomine satisfacatur: proprietas non est legata, sed legatario permittendum satisfacere, et usumfructum pecuniæ habere. Et propemodum in hac propositione nullæ prætoris erunt partes: quia nisi satisfacatur, agi cum herede non poterit.

lieu, soit que l'héritier ait été chargé de donner une chose entière elle-même, soit qu'il ait été chargé de donner partie d'une chose, ou quelque autre effet en place.

29. Titius a reçu un legs purement; il a été chargé sous condition par fideicommiss de rendre le legs à Sempronius. Julien pense que si le légataire ne veut point donner caution pour la sûreté du fideicommiss conditionnel avant d'avoir touché son legs, le prêteur peut avec justice ordonner que Sempronius sera autorisé à former lui-même la demande du legs, à la charge par lui de donner caution au légataire de lui rendre le legs si la condition vient à manquer. Si même le légataire Titius a reçu de l'héritier le legs de dix, Julien pense qu'il est juste que le légataire soit forcé à donner caution, ou à délivrer la somme de dix, auquel cas Sempronius sera obligé de donner caution à Titius. Ce sentiment est conforme à l'usage, et approuvé par Marcellus.

30. Que faudra-t-il donc décider si le legs est laissé lui-même sous condition, aussi bien que le fideicommiss, et qu'on refuse de donner caution pour le fideicommiss? Il sera juste que si le légataire ne donne point caution au fideicommissaire, l'héritier la lui donne, à la charge par le fideicommissaire de donner caution au légataire. Si le légataire a déjà reçu caution de l'héritier, on peut décider que cette caution doit donner action au fideicommissaire plutôt qu'au légataire; c'est-à-dire, dans le cas où la condition du fideicommiss arrivera. On devra même donner au fideicommissaire l'action pour demander le legs s'il n'a pas encore été payé, en supposant que la condition du fideicommiss soit arrivée, et que le fideicommissaire offre de donner caution au légataire.

6. Julien au liv. 58 du Digeste.

Si un testateur lègue l'usufruit d'une somme d'argent, et ordonne dans son testament que le légataire ne donne point caution, il n'est pas censé pour cela avoir légué la propriété; mais on doit permettre au légataire de donner caution pour avoir l'usufruit de la somme. Et on peut dire que dans cette espèce, il n'est pas nécessaire que le prêteur intervienne; parce que si le légataire ne donne point caution, il ne pourra point intenter d'action contre l'héritier.

1. Celui qui est envoyé en possession pour la sûreté de son fidéicommiss, ne peut pas être forcé à déguerpir avant qu'on lui ait payé son fidéicommiss, ou qu'on l'ait autrement satisfait. En effet la raison veut qu'il sorte de la possession lorsqu'on lui fait des offres qui auroient empêché qu'on l'envoyât en possession si elles eussent été faites les choses entières.

7. *Modestinus au liv. 3 des Règles.*

Quand le prêteur a envoyé un enfant qui est encore dans le sein de sa mère en possession des biens d'un défunt, aucun légataire ne peut être envoyé en possession des mêmes biens pour la sûreté de son legs.

8. *Papinien au liv. 6 des Questions.*

Si l'héritier chargé de remettre la succession à un autre a refusé de donner caution pour la sûreté des legs, le légataire, après la remise de l'hérédité, sera envoyé en possession des biens, même de ceux qui auront cessé de faire partie de la succession par la mauvaise foi de celui à qui cette succession aura été remise.

9. *Le même au liv. 19 des Questions.*

Quoique l'héritier ait été condamné par jugement à acquitter le legs, si cependant il ne le paye pas, le légataire sera admis à demander à être envoyé en possession.

1. Si la même chose est léguée à deux personnes sous deux conditions contraires, les deux légataires seront envoyés en possession faute par l'héritier de donner caution.

10. *Paul au liv. 3 des Sentences.*

Si l'n'y a pas d'effets de la succession en la possession desquels on puisse envoyer le légataire, on ne l'enverra pas pour cela en possession des biens de l'héritier, mais le prêteur refusera à l'héritier l'exercice des actions de la succession et l'accordera au légataire.

11. *Hermogénien au liv. 4 de l'abrégé du Droit.*

Si, ayant été envoyé en possession des biens d'une succession pour la sûreté d'un legs ou d'un fidéicommiss, vous possédez une chose qui m'a été laissée par fidéicommiss, il est plus juste que j'aie cette chose qui m'a été spécialement laissée que vous, qui n'en êtes en possession que pour la sûreté d'un autre fidéicommiss qui vous a été fait.

§. 1. Qui fideicommissi servandi causa in possessionem missus est, non prius de possessione decedere debet, quam ei fideicommissum solutum, aut eo nomine satisfatum fuerit. Nam quod si integra re fieret, in possessionem non mitteretur: id cum offeretur, discedere à possessione debet.

Quibus ex causis fideicommissarius de possessione decedit.

7. *Modestinus lib. 3 Regularum.*

Dum venter in possessionem est, nullus legatorum servandorum causa in possessionem esse potest.

De ventre.

8. *Papinianus lib. 6 Quæstionum.*

Si legatorum satis non datur, restituta hereditate, in earum quoque rerum possessionem legatarius mittendus erit, quæ dolo malo ejus, cui restituta est hereditas, in hereditaria causa desierunt.

De hereditate restituta.

9. *Idem lib. 19 Quæstionum.*

Etiam si condemnatus heres fuerit, nec pecuniam solvat: legatarius potest desiderare mitti in possessionem.

De herede condemnato.

§. 1. Cum sub conditionibus contrariis eadem res duobus legetur, si non caveatur, uterque mittitur in possessionem.

De duobus legatariis.

10. *Paulus lib. 3 Sententiarum.*

Si nullæ sint res hereditariæ, in quas legatarii vel fideicommissarii mittantur, in rem quidem heredis mitti non possunt, sed per prætorem denegatas heredi actiones ipsi persequantur.

Si nullæ sint res hereditariæ, in quas mitti possit.

11. *Hermogenianus lib. 4 Juris epitomarum.*

Si fideicommissorum vel legatorum servandorum causa missus in possessionem, eam rem teneas, quæ mihi per fideicommissum relicta est: æquius est me eam habere, cui ea ipsa relicta est, quam te, quia alterius fideicommissi nomine ingressus in eam esses. Nam et si mihi sub conditione legatum est, et tu medio tem-

De re uni relicta, et ab alio possessa. Destitulerò.

poro in possessionem ejus factus fueris legatorum servandorum causa : deinde conditio impleta esset, non denegabitur mihi ejus rei integra persecutio. Sic enim et si statuliberum ex eadem causa possidere cœpisset : impleta conditione, justam libertatem ejus impedire non potest.

§. 1. Si rei servandæ causa in possessionem missus esset proprius creditor heredis, et rei per fideicommissum mihi relicta adeptus fuerit possessionem, nihil me per eum lædi oportere convenit : non magis quàm si ab ipso herede eam rem pignori accepisset.

12. *Mæcianus lib. 12 Fideicommissorum.*

De municipiis.

Municipiis fideicommissum relinqui posse, dubium non est. Sed si non caveatur, adversus municipes quidem non dubitabimus ex hoc edicto iri in possessionem posse. Ipsos verò municipes, si his non caveatur, non idem adsecuturos : sed extraordinario remedio opus erit, videlicet ut decreto prætoris actor eorum in possessionem mittatur.

13. *Callistratus lib. 3 Edicti monitorii.*

De minima relicta.

Quamvis minima res legata sit, vel per fideicommissum relicta : tamen si non solvatur ab herede, vel eo nomine caveatur, cum caveri oporteat, in possessione omnium honorum, quæ ex ea hereditate sunt, legatarium sive fideicommissarium prætor legatorum servandorum causa mittit.

14. *Labeo lib. 2 Posteriorum à Javoleno epitomatorum.*

De bonis vescendi causa deminuendis.

Quæ legatorum servandorum causa in bonis est, in causa vescendi deminuet, si filia, neptis, proneptis, uxorve esset, nec

En effet, si on m'avoit fait sous condition le legs d'un fonds dans la possession duquel vous seriez entré pendant le temps intermédiaire pour la sûreté des legs qui vous sont faits, la condition de mon legs venant à arriver, on m'accorderoit le droit de demander mon legs. Par la même raison, si un légataire avoit pour la même cause la possession d'un esclave à qui la liberté est laissée sous une certaine condition, cette condition venant à arriver, le légataire ne pourroit pas empêcher que cet esclave jouit pleinement de sa liberté.

1. Si un créancier personnel de l'héritier a été envoyé en possession de ses biens pour la sûreté de sa créance, et qu'il se soit mis en possession, entre autres biens, d'une chose qui m'a été laissée par fideicommiss, il n'est pas juste que la possession de ce créancier me porte préjudice, pas plus que si ce créancier eût reçu de l'héritier cette même chose en gage.

12. *Mæcien au liv. 12 des Fideicommiss.*

Il n'y a point de doute qu'on peut laisser utilement un fideicommiss à un corps de ville. Mais si la caution est refusée par le corps de ville, il faut dire qu'en vertu de l'édit, on pourra ordonner contre lui que les légataires seront envoyés en possession des biens de la succession ; mais les habitans de la ville ne pourroient pas en vertu du même édit être envoyés en possession si on refuse de leur donner caution ; ils ont alors un remède extraordinaire qu'ils peuvent employer, c'est d'obtenir du præteur une ordonnance qui envoie leur agent en possession.

13. *Callistrate au liv. 3 de l'Édit monitoire.*

Le præteur, pour la sûreté des legs ou des fideicommiss, envoie en possession de tous les biens d'une succession le légataire ou le fideicommissaire, si l'héritier ne les satisfait pas, ou ne leur donne pas caution lorsqu'il doit la leur donner, quand même la chose qui leur est laissée seroit de très-peu de conséquence.

14. *Labeon au liv. 2 de ses Posthumes abrégés par Javolénus.*

S'il s'agit d'une fille, d'une petite-fille ou arrière-petite-fille, ou de la femme du défunt non remariée, et que le præteur les ait

ait envoyées en possession pour la sûreté de leurs legs, elles pourront prendre sur les biens de la succession de quoi se nourrir.

15. *Valens au liv. 7 des Actions.*

Il y a des cas où le légataire ne pourra point être envoyé en possession des effets de la succession, quoique ce soit par la mauvaise foi de l'héritier que ces effets auront cessé d'en faire partie : par exemple, si avec la permission du prince, il a consacré à la sépulture ou au public un terrain de la succession, ou s'il a affranchi un esclave de la succession sans que cet affranchissement ait été fait en fraude des créanciers.

nec nupta sit, nec suum quicquam habeat.

15. *Valens lib. 7 Actionum.*

Interdum licet dolo malo fecerit heres, quò minus res in causa hereditaria maneat, non poterit in possessionem earum legatarius mitti: veluti si locum religiosum fecerit, aut quid publicè consecraverit, permissu scilicet imperatoris, aut aliquem non in fraudem creditoris manumiserit.

De loco facte
religioso De
consecratione.
De manumissione.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

PARS SEXTA.

LIBER TRIGESIMUSSEPTIMUS.

DIGESTE OU PANDECTES,

SIXIÈME PARTIE.

LIVRE TRENTE-SEPTIÈME.

TITRE PREMIER. DES SUCCESSIONS

PRÉTORIENNES,

Ou des possessions de biens.

1. *Ulpian au liv. 39 sur l'Edit.*

LA succession prétorienne a été introduite à l'effet de faire passer à celui qui l'obtient les charges et les émolumens d'une succession, ainsi que l'espèce de domaine des biens qui la composent : car ces droits et ces charges sont inhérens à ces biens.

2. *Le même au liv. 14 sur l'Edit.*

Les successeurs prétoriens tiennent en tout la place des successeurs civils.

3. *Le même au liv. 39 sur l'Edit.*

Par le terme de biens, nous entendons ici,
Tome V.

TITULUS PRIMUS. DE BONORUM

POSSESSIONIBUS.

1. *Ulpianus lib. 59 ad Edictum.*

BONORUM possessio admissa, commoda et incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quæ in his bonis sunt, tribuit : nam hæc omnia bonis sunt conjuncta.

De commodis
et incommodis,
et rerum domi-
nio.

2. *Idem lib. 14 ad Edictum.*

In omnibus enim vice heredum bonorum possessores habentur.

Collatio heredis et bonorum possessoris.

3. *Idem lib. 59 ad Edictum.*

Bona autem hic (ut plerumque sole-

Bona quomodo